in bonis Lapy Barniki sitam videlicet Certam partem camporum dictam Bugo-
levizna iure donationis acquisitam Cum pertinentiis et omnibus ac singulis eo-
rundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis et per-
tinentiis iuribus commodis nullis penitus exceptis Nec non cum omni iu-
re suo dominio proprietate propinquitate titulo[que] haereditario nullis pe-
nitus exceptis perpetuo ac in aevum dedit donavit inscripsit et resigna-
vit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per
Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos quos sibi opposse acceptanda
dat et admittit Paceque tuitionem et evictionem ab omni impedimento quorum-
cunque quarumvis personarum propinquarum et remotarum cavet sub damnis terrestribus
simpliciter taxandis et evadendis Et Coram officio praesenti Castrensi Branscensi
in primis actionibus terminis tanquam peremptorio personaliter [illegible] sine
ulla dilatione motione appellatione diffugio quavis ac exceptione

Lapinski **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens
Nobilis Stanislaus olim Valentini Lapinski sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere Recognovit Quia Nobilem Albertum filium Nobilis Marti-
ni Lapinski de vulneribus sibi per eum illatis tum et processu ea in
causa obtento ob sufficientem satisfactionem quietat evincit et libe-
rum facit ob educationem vulnerum cassat mortificat perpetuo.

Szymbory Wlodki **Intromissio**

Ministerialis Regni Generalis Providus Balthasar Piotrowski una cum nobili-
bus Simone Wrocenski et Alberto Podlenski secum habitis Coram officio praesenti
Castrensi Branscensi personaliter stans publice Recognovit Quia feria quarta post
Dominicam Invocavit Quadragesimalem in Anno Millesimo sexcente-
simo Quadragesimo septimo proxime transacto Condescendendo ad Bona
Szymbory Wlodki ibidem Nobiles Gregorium et Albertum filios olim Sebe-
stiani Szymborski in omnia et singula Bona mobilia et immobilia in hae-
reditate Szymbory Wlodki consistentia et aream in eisdem bonis sibi
habitam duabus inscriptionibus a diversis personis modo donationis con-
cessis hisce inscriptis in areas hortos agros prata campos silvas rubeta
cunctisque attinentiis et pertinentiis iuxta latiorem continentiam

cum sibi

eiusmodi inscriptorum ex libera admissione eorundem recognoscentium nemine quam alio tam in bonis quam hic circa acta impugnante Intromisit induxit et in possessionem pacificam contulit de quo Rellationem suam fecit.

Srednica — Intromissio

Ministerialis Regni Generalis Providus Balthasar Piotrowski una cum Nobilibus Simone Wrocienski et Alberto Godlewski secum habitis Coram officio praesenti Castrensi Branscensi personaliter stans publice Recognovit Quia tertia sexta post Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quadragesimo octavo Condescendit ex officio ad bona Srednica Jakubowięta ibique nobilem Gregorium olim Sebastiani Dębowski in certa bona in haereditate Srednica Jakubowięta consistentia ipsi per nobilem Mariannam filiam nobilis Laurentij Srednicki Consortem nobilis Mathiae Szymbowski cum eiusque mariti sui assistentia coram actis hisce modo duratorio inscripta cunctisque eorum Bonorum utilitatibus attinentiis et pertinentiis iuxta latiorem contentum eiusmodi inscriptionis sed ex libera admissione eiusque recognoscentis nemine quam alio tam in bonis quam hic circa acta impugnante Intromisit induxit et in possessionem pacificam contulit de quo Rellatio praesens est.

Wnory antiqua — Obligatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Jacobus olim Joannis Leszcz Wnorowski de Wnory antiqua sanus mente et corpore existens publice ac libere Recognovit Quia Nobili Paulo olim Valentini Wnorowski et eius posteris Bonorum suorum immobilium in bonis Wnory stara wieś consistentium in primo campo ad ... ugorne quinque sulcos hiemnales u rostań a granicie Mońkow Kozielow ad Trybą tendentes inter mettas Nobilium Felicis et Valentini Dąbrowski iacentes Item in alio campo hiemnali decem sulcos hiemnales za zie... incipientes a Trybą camporum ad graniciem Piesatowska tendentes inter mettas eiusdem Felicis et Pauli Leszcz iacentes cum pratis et omnibus ac singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis et pertinentiis cunctisque commodis nullis penitus in summa duodecim sexagenarum pollonicalium hinc usque ad exemptionem obligavit et inuadiavit Eademque Bona item recognoscentibus per se nobili Nicolao olim Stanislai Piesatowski in decem sexagenis coram actis certis authenticis modo obligatorio inscripta eximere consentit et elliberare Cui ius ex iure Intromissionem realem cum actuali pacifica